

Magnum studium, magnam sollicitudinem nos habentes pro stabilitate immaculatae Christianorum fidei, dehinc namque clementissimum nostrum Deum adjutorem, et susceptorem nostraræ serenitatis esse confidimus, adversus omnem iniamicum Christo dilectæ nostræ reipublicæ, dum cognitum est nobis quia synodalia gesta, eorumque definitionem, quam et instituere noscitur sanctum sextum concilium, quod congregatum est in tempore sanctæ memorie nostri patris, in hanc a Deo conservandam regiam urbem, apud quosdam nostros judices remiserunt. Neque enim omnino prævidimus alterum aliquem apud se detinere ea, sine nostra piissima serenitate, eo quod nos copiosos [copiosæ] misericordia noster Deus castodes constituit ejusdem immaculatae Christianorum fidei : sed mox adduximus nostros Patres sanctissimos ac beatissimos patriarches eum vestrum beatitudinis apocrisiario, et sanctissimum senatum, verum etiam Deo amabiles metropolitas et episcopos, qui hic in regia urbe conmoraauerunt, et deinceps militantes exercitio sancti palati, nec non et ex collegis popularibus et ab excubitoribus, insuper etiam quosdam de Christo dilectis exercitiis, tam ab a Deo conservando imperiali obsequio, quamque ab orientali [F. deest conjunctio et] Thraciano, similiter et ab Armeniano, etiam ab exercitu Italico, deinde ex Cabrianis et Septensis, seu de Sardinia atque de Africano exercitu, qui ad nostram pietatem in-

^a Graeca non extant : vetus huc Latinus est ex priore editione Regia. MARD.

^b In codice Bellovacensi hec subjiciuntur verba :

^c Scriptus est Codex temporibus domini Sergii (obit)

A gressi sunt, et jussimus praefatas synodalia gestorum chartas in medium adduci, et coram supradictis omnibus lectionem eorum fieri : omnesque diligenter audientes signare ipsas fecimus : quorum auditorum universitas in nostris manib[us] ~~est~~ præbuit chartas, ut debeamus nos tenendo inviolatas conservare ipsas, ut non scientia fuerit in quolibet tempore his qui timorem Dei nolent habere, aliquid corrumpere aut submutare ab his quæ inserta sunt in prænominatis synodalibus gestis, quas totas chartas bene definitas in temporibus sanctæ memorie nostri patris, ex probabilitibus sanctis patribus, qui proprie lingue et manuum fidem apud Dominum nostrum Jesum Christum verumque Deum existentem, confirmasse dico[n]scitur, et conscientes eam docuisse, nos speratus clementissimum nostrum Deum, quia neque dum noster spiritus statutus est ex Deo esse in nobis, ipsas chartas illibatae et incommutabiliter semper conservabimus. Ad instaurandum itaque vestram poterat beatitudini hujusmodi capituli motiones, prævidimus et carum scientiam notam fecisse beatitudini vestre. Et maxime [Sive divina]. Divinitas te servet per multos annos, sanctissimi ac beatissimi pape et in patriarchalio sancta ecclesia Romæ recluditur. Deo gratias. Amen. ▶

en. 701) sanctissimi ac beatissimi pape et in patriarchalio sancta ecclesia Romæ recluditur. Deo gratias.

Amen. ▶

ANNO DOMINI DCXC.

SANCTUS JULIANUS

TOLETANUS EPISCOPUS

NECNON

IDALIUS ET FELIX

BARCINONENSIS ET TOLETANUS EPISCOPI.

NOTITIAE HISTORICÆ.

(Ex Antonio, Biblioth. vetus Hisp.).

Julianus Toletanus antistitem Felix, et ipse aliquando eidem sedi praefectus, graphicè descripuit ea elogia quod Hildobonii de Scriptoribus ecclesiasticis, libelle subjici consuevit. Distinctum case hunc a Juliano Pomerio, quem cum laudasset sub nudo Pome-

rii nomine Gennadius (a), revocavit iterum in scriptorium Catalogum sub integro Juliani, cognomento Ponacrii, nomine sanctus Isidorus (b) : quarti aequali scriptrori, Mauritanum, sed in Gallia florentem, nemini dubium est (c). Attamen non pauci contendunt Julianus Vossius de H. L. lib. 1, c. 27. Baronius ad 8 Martii. Vascon in Chronic. Hisp. ad an. 685. Padilla Hist. Eccl. de España centur. vii, cap. 66.

(a) De Script. cap. 96.

(b) De Script. cap. 12.

(c) Nationibus tamen agunt Morales lib. xii, c. 58.

sum quoque Toletanum de quo agimus Pomerium similiter fuisse cognominatum, quod inter Bellarmineus (a), et Labbeus (b), et Bartholomaeus lib. Adversar. x, cap. 14. Inquitur nampe Roderici Toletani testimonio, qui et lib. iii, cap. 13, sic appellat; et libri iv, capite 5, defulisse ait Urbanum pariter Toletanum episcopum ad Asturias ob Maurorum metum scripta beati Hildefonsi et Juliani Pomeril: quo nomine verisimilis est non alium quam nostrum intelligi. Sed plane Rodericus, aut falli sequivoco nominis, aut glossemate ascititii cognominis a transcriptore aliquo foedari potuit. Saltem is auctor in causa videtur fuisse aliis (c), ut ex duobus eundem facerent: in quo errore confirmantur sunt exinde quod alter Prognosticum scripsit futuri seculi ut ex Felice, alter Prognosticos tres de futura vita contemplatione libros, ut ex Honorio, post Isidorum, constat. Plane nullus dubito, quin si Toletano huic nostro praesuli Pomerio nomen fuisse, id Felix Vitæ Scriptor non retinueret. Quinimum tertium Pomerium ostruisit Pseudo-Julianus in Chron. n. 369 duobus non contentus. Frustra tamen jacitur rete ante oculos penitentiarum, ut sacro utar eloquio.

Increbuit apud posteros fama, Julianum ex traduce Judeorum, ut idem Rodericus Toletanus loquutar, productum fuisse: quod cum annotare idem Vitæ auctor omiserit, subdubitari a quibusdam (d) video. Plures tamen Roderico credunt (e) nec temere: cum Isidorus ei Patensis (f) ille verbis auctor rei fuerit. Natus autem, baptizatus, et educatus Toleti, tam litterarum, qnam vere sapientiae studiis, sub Eugenio secundo Ildephonsi successor, una cum Gudila diacono, quem strictissimo amicitia vinculo habuit abstractum, mire profecit. Avebant ambo sese addicere monastica vita; sed frustram fuisse eorum devotionem apertissimis verbis ait Felix. Quare impotentia quadam favendi rebus suis actos jure diversis, qui catalogo Benedictinorum Julianum adscrivunt (g).

Atque ideo alium fuisse oportet Julianum sancti Michaelis abbatem, qui Toletano concilio undecimo inter alios subscriptus legitur in eadem ecclesia Toletana. Levita fuit, presbyter, ac demum post Quiricam, qui anno obiit 681, electus antistes; isque in sacerdotio isto virtutibus vere pastoralibus instruclum se prodidit, quas Vitæ scriptor sigillatum enumerat, usque ad Egicanis tertium scilicet annum, redemptionis vero humanae 690, pontifici ejus ultimum. Interiuit, et ante alios subscriptis quatuor conciliis Toletanis: duodecimo, anno 681, decimo tertio, anno 683, decimo quarto, anno 684; Ervigli regis primo, quarto, et quinto; necnon decimo quinto, Egicanis primo, redemptionis autem Christianæ 688. Sanctorum legitur albo adscriptus, non solum in Breviario Toletano die 8 Martii, et aliis nostrarum ecclesiastum (h); sed et apud Usuardum & ejusdem ita: Civitate Toleti, depositio Juliani episcopi, qui apud eiusdem loci incolas famosissimus habetur. Lipomanum, Suriumque 23 Junii, et recentiora Martyrologia cum Romano, die octavo.

Plurima is reliquit doctrine sue monumenta posteris commendata, qua tamen magnam partem perire. Et ex illorum serie, quam Felix accurate persecutus fuit, scripsisse eum sancti Spiritus ubertate repletum, et irrigui fontis affluens prædictum, ut idem ait Felix, latino, et ultra vires illius etatis

(a) De Script. ad annum 680.

(b) Dissert. De Script. tom. I, pag. 652.

(c) Trithemio de Script. eccles. et, ut videtur, Matamoro de Academis, etc. Roderico Sancti Palestr. Epist., part. II Hist. Hisp. c. 33. Aph. a Carthagena Anaceph. Reg. Hisp. cap. 40. Lucio Mariano Siculo de reb. Hisp. lib. V. Padilla De los santos de España, fol. 30. Eisengrein in catal. testimoniis verit.

(d) Vaseo ad an. 683. Pisa Hist. de Toledo lib. II, cap. 21. Thoma Tamaio Verdad de Dextro pag. 125.

A eleganti sermone, ingenioque facilis, copioso, atque suavi, quod Joannes Mariana censuit, novimus.

Prognosticorum futuri seculi liberum, ad beatum Idalium episcopum (Barcinonensem) directum, habenter in capite epistolam, que ipsi est directa, et orationem. Superest quidem hoc Prognosticum futuri seculi, quomodo id ab auctore appellatum ex epistola constat Idalii Barcinonensis episcopi, ejus ad ejus preces sece operi accinxit Julianus: quoniam nobis conservavit Codex monasterii Corveiensis, indeque d'Abcherius in Spicilegium suum immixxit (Tomo I, pag. 513). Quae ipsa, credo, est epistola ipsi (hac est Julianus nostro) ab Idalio directa, ejus meminist Felix. Ac descripsit quidem is germanis nota Prognosticum. « Cujus Codicis opus, ait, discretum in tribus libris habetur, ex quibus primus De origine mortis humanæ est editus: secundus De animabus defunctorum, quomodo sece habeant ante sonrum corporum resurrectionem: tertius De supra corporum resurrectione. » Non haec divisio ab alio quam ab auctore, quantumvis Felix id subindicare videri posset, quod ex Idalio hac de toto opere censura, quam subjectimus, constat: in quo quidem quamlibet primus liber quadam ex parte peccantibus asperitionem metuque lacuere videatur: duo tamen subsequentes libri maxima fiducia christicolarum relevant corda ab spem futuræ resurrectionis, et regni, quod se fidibus Christi datarum promisit.

Editum est hoc Prognosticum in Bibliotheca VV. PP. volumine nono: olim tamquam Lipsie in Germania publicatum per Michaelem Bham anno 1536, in-4°. Secundo Parisiis 1554, cuius editionis Morales meminit (Lit. XII, cap. 86); et ad hanc Andreas respexit Resendius, quem in ad Quedemann epistola doctissima coequo viro digna, sublatum sibi refert a Parisiensi quodam hospice ante annos viginti suum hujus libri Codicem: quem librem postmodum ait se recepisse typis excusum, non tamen a mendis, quibus scelabat, repurgatum. Tertio inde Braci, 1564, per Ludovicum de Winde, auspicio tam et opera Boethii Eponis Belgæ doctissimi, qui tamen ignorasse mihi videtur superiores editiones. Nam exarati operi hisbujus Codicis asservantur apud nos in monasterio Spinæ Cisterciensium, quem vidit Morales (i), ubi proponi huic attad opus de doctrina novitiorum inscriptum asseverat. Vidimus nos unum et alterum in-4° et in-8° penes Marinum Vasquium Siruelam Hispanensem portionarium, eruditissimum virum. Exstat et aliis in bibliotheca Basiliensi, de quo Spizelius testis est (j). Alius hic est, quem Resendius ab involutum dolebat.

Responsionum item librum, ad quem supra (Idalium) directum, in defensionem canonum et legum, quibus probilentur Christiana mancipia dominis infidelibus deservire. Cautum id Toletano concilio III, cap. 14, et IV, c. 68, lege 13 et 14 (que Sisebuti sunt) lit. 2, lib. XII Legum Visigothorum. Post haec omnia Ervignus rex primo regni sui anno prohibitiōnem eandem instauravit; poena tamen capitilis, quam Sisebutus transgressoribus indixerat, sublata et in molliorem transformata, leg. 22, et 13, et 16, tit. 3, codem lib. XII. Quam spero illustratum et confirmatum ivisse Julianum veterum testimonis et congruis argumentis in his responsionibus.

Joanne Tamaio ad diem 8 Martii.

(e) Mariana lib. VI, cap. 18. Morales lib. XII, cap. 58. Did. Rodriguez de Almela, Valerio de las Historias lib. I, cap. 5. tit. 1.

(f) Ad seram DCCXXVIII, in rebus Ervigli Regis.

(g) Arn. Uvion. in Ligno vita. Menardus lib. I. Observat. ad Martyrologium Benedictinum, fol. 206.

(h) Vide Tamaio hac die, pag. 125.

(i) Refert in Relatione sui Itineris inedita.

(j) In Arcanis Bibliothecarum retectis, pag. 40.

Apologeticum Fidei, quod Benedicto Romane verbis papæ directum est (a). Et occasione hujus scripti.

Aliud item Apologeticum De tribus capitulis, de quibus Romanæ urbis præsul frustra visus est dubitasse. Res sic se habet. Sub Agathione papa et Constantino Paganato imperatore Constantinopoli habitavit sexta oecumenica synodus contra Monothelitas, qui negabant in Christo esse duas voluntates, duabus naturis divine atque humanae correspondentes, anno 680, et sequenti. Cuius precipuum actorum partem, id est diffusionem, Leo II, pontifex, qui Agathoni diem suum obeunti anno 682, post septem menses eodem anno successerat, ad Hispaniarum ecclesiæ solemnitatem misit, ut predicta synodalia instituta, auctoritate etiam huic nostratis ecclesiæ suffulta manerent, ut loquuntur Patres Toletani decimi quarti concilii capitulo secundo. Leonis epistolas ad episcopos Hispanie unam, ad Quiricam tunc adhuc in vivis agentem Toleti præsulem alteram, Simplicio quoque comiti tertiam directam, Garsias Loaisa noster ex Codice coenobii sancti Joannis Regum Toletani publicavit in notis eiusdem concilii (Pug. 650). Quarta ad Ervigium regem adjecta est ab aliis. Exstantque omnes in communib[us] editionibus conciliorum (b). Quas injuriane excaserit Baronius (Ad an. 683, n. 16 tom. VII) a Leoninis comperte fidei monumentis inquirendi non est hic locus.

Allata sunt Leonis haec litteræ ad Hispanias hieme exequuntis anni 683 aut in eius anni 684, post super dimissum concilium Toletanum decimum tertium, quod Novembri mense anni 683, sub Ervigio rege, et Juliano jam tunc præsule Toletano, habitum fuit, ut colligi datur ex canone tertio sequentis decimi quarti concilii. Cum autem importunum esset dimissos e Toletana urbe et nationali concilio patres adhuc hie-nali stricta gelu terra, ut aiunt, singulos provinciarum conveantur iterum convocare: placuit interim Juliano nostro Apologeticum scriptum ad eundem Romanum pontificem, Constantinopolitanæ fidei confirmatorium, dirigere, interim dum cogenda synodi ex diocesis sua episcopis opportunitas adveniret. Iuui Apologetici mentio exstat in eiusdem decimi quarti Toletani concilii capitulo quarto. Placuit proinde illo tunc tempore, aiunt Patres, apologetice responsionis nostra responsio satisfaciens Romanu[m] pontifici ea ipsa gesta (Constantinopolitana) firmare, etc. Sed cuiam pontifici? Non Leoni, qui paulo post datam epistolam, cuius ante[m] meminimus, eodem scilicet anno 683, Junio mense obierat; sed Benedicto II, ejus successori, qui post decem a Leouis obitu menses anno 684 fuit creatus pontifex (c). Ita expresse Felix in huius Apologetici mentione.

Paulo post eodem anno convocata diocesorum provinciæ Carthaginensis, synodus ab eodem Juliano (quod est inter Toletana decimum quartum concilium), cui et vicarii ceterarum provinciarum metropolitanorum snorum nomine interfuerunt: Constantinopolitana eadem acta (Cap. 5 et seqq.), necnon et Apologeticum super iisdem premissum (Cap. 11), plene laudavit et approbavit. De Apologetico autem hocce Juliani scripto non ita solide placuit Benedicto pontifici. Quinimo Juliano rescribebas, cuidam ejus

(a) Non exstat; cuius tamen argumentum, quaque occasione scriptum fuerit, exprimit SS. PP. Toletanorum Editionis curator T. II in Not. ad Vitam sive Elogium sancti Juliani, pag. 19, n. 9.

(b) *Noviss. Paris. tomo VI, column. 1246.*

(c) Baronius hoc anno 684, n. 2.

(d) Vide quae consequuntur Symbolum § Post huius, in edit. Loaisa pag. 662.

(e) Baronius ad an. 683, num. 5, 6, 7. Loaisa in notis ad xv, conc. Toletanum. Binus ex Baronio, ut solet, in notis ad Benedicti papæ Vitam. Vasquez in iii part., dist. 37, cap. 3, in fine. Padilla cent. vii, cap. 65.

A homini nonnulla verbis intimavit, quæ in laudato Apologetico exorbitare quidem a recto Ecclesiæ dogmate sibi viderentur: nempe quod dixisset auctor, « voluntatem genuisse voluntatem in divinis, » sicut et « sapientiam sapientiam: » item « tres substantias in Christo esse, » corpus scilicet, animam, atque deitatem; duoque alia, quæ ignoramus. De quibus omnibus explicite magis profitis ac recto sensu donatis, veterunque patrum testimoniis confirmatis, Julianus ipse statim ad Benedictum responsionem adoravit, enjus meminit ipse, Toletanorum, qui concilio decimo quinto interfuerunt, patrum ore; atque ipsum est alterum, sive secundum Apologeticum, enjus Felix meminit, De tribus capitulis, de quibus Romanæ urbis præsul frustra visus est dubitasse; cujusque tenorem contextumve, patres iidem Toletani si actis ejusdem xv Concilii intixerent, opere pretium scese facturos existinavere (d). Quod recte, ut solet, Ambrosius Morales lib. xi, cap. 58, alike (e).

B Rem quoque narrat Rodericus Toletanus lib. iii, cap. 14. « Ejus in tempore (Ervigii regis) liberum De tribus substantiis (ab uno et tribus capitulis, quod majores forsan turbas declerat, ita denominatum) quem dudum Romanus miserat primas sanctissimum Julianus, et minus caute tractando Benedictus papa Romanus indixerat reprobadum (non eo usque perductam rem fuisse Concilium innuit), ob id quod (f) voluntas genuit voluntatem: sanctus Julianus veridicis testimoniis in hoc concilio ad exactiōne prelati principis per oracula corum quæ [Forte quos] Roman transmiserat, verum esse firmavit; et Apologeticum fecit, et Romanus misit per ssos legatos presbyterum, diaconum et subdiaconum, viros eruditissimos et in omnibus Dei servos et in divinis scripturis imbutos, cum versibus etiam acclamatoriis, secundum quod et olim transmiserat, De laude Romani imperatoris. Quod Roma digne et p[ro]prio recipiens, cunctis legendum inlaxit, atque imperator acclamando: *Laus tua, Deus, in fines terre, lectum superius notum fecit.* Qui et rescriptum domino Juliano per suprasatos legatos cum gratiarum actione, et cum honore remisit; et omnia quæcumque scripsit justa et pia esse deprompsit (g).»

C Caesar Baronius (Ad an. 685, n. 5, 6 et 7) increpat Rodericum, eo quod dure nimis expresserit Benedicti papæ de Apologetico sententiam, reprobationis usurpatum nomine; quodque minus caute haec cum interposuisse, inconsulte idem scripsit. Sed durius plane concepta sunt concilii xv Toletani haec de eadem re verba, quæ tacito Benedicti nomine, quod decuit, cetera Rodericianis longe magis acutata sunt. Jam vero si post haec, et ab ipsis dogmatibus patrum, quibus haec prolatæ sunt, in quocunque dissident, non jam cum illis est amplius contendendum; sed majorum directo calle inherentes vestigiis, erit per divinum judicium amatoribus veritatis responsio nostra sublimis, etiam si ab ignorantibus ænulis censatur indocilis. Quæ aliquanto liberiora, quam ut Juliani modestiam (fuit absque dubio ls auctor) erga Romanum pontificem decerent, Joanni Mariaua visa sunt (Lib. vi, cap. 18) (h). Non autem dubito quin in errore cubet ejusdem Roderici

(f) Dessesse aliquid videtur.

(g) Longe alter postrema haec apud Loaisam in Not. ad concil. Tolet. xv, pag. 682, leguntur. Noster autem in describendo hoc tractu videtur ob oculos habuisse Roderici Toletani Historiam L. III, c. 14, qualis exstat T. II Hisp. illustr. p. 61. Cl. Florezius T. V, pag. 298. Isidorum Pacensem secutus non. illius discrepat: de quo mox aliquanto fusius.

(h) « Eam Juliani disputationem (inquit Mariana De reb. Hisp. vi, 18) Sergius Romanus pontifex, Benedicto interea defuncto, magnis laudibus celebravit, ut Rodericus præsul est auctor: nobis aliquanto liberior visa est, quam Juliani modestiam erga

lectio vulgaris : dum imperatori Constantino scilicet Paganato, aut Justiniano (secundo) ejus successori)

Romanum pontificem summum Ecclesie rectorem deceret. Et nimur de ingenii laude qui cuiquam concedat rarus est; et in ardore disputandi modum tenere d'fscile. Erat enim Julianus eruditissimus laude re aetate celebris, etc. » Quibus vi:le quanta superstitas Cœvens ad annum 680 in Juliano Toletano, quem falso Pomerium cognominat, inquit T. I, p. 596: « In postrema hac synodo (nimurum xv Toletana) libri ssi De tribus substantiis, quem in Italiā perlatum minus orthodoxum censuerat, Benedictus papa vindictas operose egit Julianus, Benedictum tamquam stupidum quemdam et e trivio petitum doctorem concilii Patribus deridendum propinans, ac frivolas eiusdem pontificis cavillationes insuper habendas esse demonstrans: in quibus tot fere sphænata dixeris esse quot verba; sed ea nil moror. Aerius me pungit allatus Marianæ locus, in quo si virum eximium misere lapsum et Juliano nostro insigniter injurium dixerō, non ego id gratis neque sponte mea, sed unius veritatis amore compulsus faciam. Res narranda est ordine, et primum omnium e Felice notandum, duplex Apologeticum a Juliano scriptum suisse, cuius utriusque et Julianus meminit in Actis xv Synodi c. 9, si subobscura eius verba bene perpendimus: primum scilicet, in quo Leonī II, qui ad eum definitionem et acclamationem sive pro-sphoneticum sextæ generalis Constantinopolitanæ synodi ab universis Hispanie Patribus subscribenda direxerat, privato respondet nomine, concilii quidem definitionem amplectens, modeste tamen se excusans a cogendis denouo in synodum Patribus, qui nuper, mediaque ac sevissima hieme a Toletana xiii cui intersuerant dimissi, vix dum ad proprias sedes redierant. Hoc primum Apologeticum, quod proprius excusationem dixeris (nam ultraquæ significacionem vocabulam Graecam recipit), Julianus autem saepius Librum responsionis fidei sue vocat: inclinatus anno 684, per Petrum notarium regionarium, qui Constantinopolitanæ synodi definitionem et prosphoneticum in Hispaniam detulerat, Romam perlatum fuit: quo tempore in Leonis mense Julio ejusdem anni defuncti locum Benedictus II jam suspectus aut prope diem sufficiens erat. In eo autem Apologetico Julianus Constantinopolitanæ dogmatis uberiori explicandi gratia scripseraat voluntatem in divinis gignere voluntatem, sicut et sapientia gignit sapientiam. » — Eodem anno 684 sub die 18 Kal. Decembris coacta per Julianum fuit xiv Toletana provincie Carthaginensis synodus 17 episcoporum, cui etiam intersuere vicarli metropolitanorum Tarracensis, Narbonensis, Emeniensis, Bracensis et Hispanensis ecclesiærum; et in ea sextæ synodi Constantinopolitanæ definitio et prosphoneticum unanimi Hispanorum Patrum consensione, tanquam Nicenæ et generalibus quæ præcesserant synodis in omnibus consona, a missa, subscripta debitoque post concilium Chalcedonense bonore, loco et ordine collocata sunt. Hujus concilii Toletani Acta Julianus ineunte salutis anno 685 Romanum deferri curavit, misso ad Benedictum speciali nuntio, quæ ipse hominem nostrum vocat, cum litteris, ut credibile est, in quibus ut Apollinarium et latentes, ut idem ait, Manichæos confundaret, tres in Christo substantias fuisse edidit. Atque in Urbe quidem concilii Toletani xiv Acta summo Romani pontificis atque omnium ordinum plausu et acclamacione recepta fuere; Juliani autem nuntio in Hispaniam cogitanti nonnulla Benedictus ex ejus ore expianda atque ad Julianum perferenda dictavit, de eo nimurum quod in priore ad Leonem II epistola per Petrum regionarium transmissa, et novissime ad eundem scripseraat, « de voluntate in Divinis a Voluntate genita; ac de tribus in Christo substantiis, » quasi ultraquæ minus caute a Juliano prolata essent: subdedit optare sece ac Julianum hortari, ut ab

A Constantinopoli degenti, id quod Romæ factum fuit, nempe Apologetici a Juliano transmissi, lectionem eodem quibus posset sacre Scriptura ac Patrum testimoniis munirentur, ac solidū fierent: id quod e vestigio atque abhinc a Juliano præstatum fuisse conciliis Toletani xv Acta nos docent. Atque hoc est alterum Juliani apologeticum sive responsum, cui benedictus, atque eo prædefuncto Romana postea Sedes videtur acquiruisse; perit autem fuditus, non secus ac præcedens ad Leonem II per Petrum regionarium transmissum; atque utrinque Apologetici nihil præter titulos existare Cellieris docet T. XVII, pag. 728, n. 11. Haec nos et xv Toletana synodi actis, in quorum cap. 9 hec legimus: « Post hujus igitur pie confessionis prolatam devotis vocibus regulam, ad illa nos illico convertimur contuenda capitula, pro quibus munieris, ante hoc biennium, beata memoria Romanus papa Benedictus nos litterarum suarum significacione monnerat. Quæ tamen non in scriptis suis annotare curavit, sed homini nostro verbo renolanda iuinxit: ad quod illi jam eodem anno (685) sufficienter congrueque responsum est. Nos tamen nunc eandem renotacionem hominis nostri studio ius relegentes, invenimus quod in libro illo Responsionis fidei nostræ quem per Petrum regionarium Romanæ ecclesie miseramus, id primum capitulum jamdicto papæ incauto visum fuisse a nobis positum, ubi nos secundum divinas essentiam diximus: *reluntas genitū rotulantat*, etc. » — Inter ea vero reverse in Hispaniam Juliani nuntio, cum innotisset Julianum de binis quæ prædiximus capitulis a Benedicto admonitum suisse, non pauci adversus eum Toleti atque in provincia rumores ab ignorantibus, ut ipse ait, atque annulis excitati sunt. Quos ut comprimeret atque ut omnem a se levitatis aut erroris supcionem amoveret, curavit ut in xv Toletana nationali 61 episcoporum synodo, qua anno 688, sub die v Idū Maiorum coacta fuit, bina de quibus ambigebatur capitula de novo discuterentur, « et synodica, ut ipse ait, iterum examinatione decocta, si orthodoxæ fidei per omnia consona inventarentur, a Patribus definita, subscriptaque, salubri etiam divulgatione in agitionem plebium transirent: quod ab universa synodo præstitum continuo fuit. — Ex quibus elicimus I. Marianam in adducto loco de Apologetico quod nunquam viderat adversus Julianum nihil tale meritum pronuntiassit. II. Ad Sergium, qui exirent tandem anno 687 pontifex electus fuit, reulisse xiv Toletana synodi acclamationem, et alia qua solidū ante eum biennio a Benedicto gesta fuerant. III. Non jure Rodericum Tolitanum laudasse quasi is Apologetici encomium Sergio tribuerit; c. m. in vulgatis Roderici exemplis, atque in vetustis ejusdem codicibus, Benedictus ejus encomii prohibetur auctor. — Ac de Sergio et Roderico inquirere non vacat unde ea Marianæ hauserit. De Juliano autem existimo falso sibi virum existimatum persuasisse, quæ in Actis xv synodi de binis quæ prædiximus capitulis leguntur, partem esse sive fragmentum Juliani ad Benedictum Apologetici; ac totidem ipsisque austoris et aculeatis verbis quæ hodie in ejus synodi Actis exstant, olim in Apologetico extitisse: quo posito, niljam mirandum, si debitum summo Ecclesiae pastori honorem et reverentiam, imo si modestiam in Juliano consideravit. Atque eodem præjudicio non modo nostrum hoc loco, sed et cl. SS. PP. Toletanorum editionis cur. torem abrepsum fuisse existimo; qui xv Toletana synodi Acta pro integrō fere Juliani Apologetico habitu ediditque (T. II, pag. 20 in Not.); atque ut duriorem ex iisdem actis verborum invidianam (quæ nulla omnino est aut unquam fuit) ab universa synodo arceret, in unius Juliani caput immergit atque innoxii transtulit. (Monit. ad Apolog. pag. 77.) — Ac de patrum quidem senten-

et approbationem (quae quidem non alii quam summo Ecclesiae presuli ad quem directum fuerat, competit) incongruerat attribuit (*a*).

Clarissimus vir mihique pro Theseo nostratis historicis Ambrosius Morato, ad hunc locum veniens, observavit plura in libris Roderici vulgaribus meadu contra veterum, quos se vidisse testatur, manuscriptorum Codicem Adem, atque inter alia istud quod nunc arguiens, de imperatoris importune facta hoc loco mentione, cuius loco mentionem pontificis landau Codices diserte habent, inolevisse. In duabus etiam Codicibus Toletanis, altero coenobii sancti Joannis Regum ordinis sancti Francisci, altero bibliotheca Templi maximi, ex quibusc variantes lectiones curiosissime olim decerpitas apud me habeo, pro illis : atque imperator acclamando, etc., constanter legitur : atque imperatori (*b*) acclamando : quam lectionem ab absurdi nihil contingeret contendamus ; si semper sumimus pontifex lecti et approbati Julianei opusculi exemplum (*c*), cum acclamatione seu elogio : *Lauda Deus, in fines terrae, ad imperatorem Constantium religiosissimum principem, qui Constantinopolitane magna synodi congressum, et Monothelitarum damnationem promoverat, testimonio ei futurum, ultimam orbis terrarum Hispanae ecclesie, cum Graeca et universalis conspirantis, transmiserit.*

Nisi placat Rodericu ex Isidoro Pacensi, e cuius ore verba sepius capere amat, corrigere : ut atque ex anno imperatori acclamando, quomodo editum est in Sandovalia Isidoro, legatur, Sergium quidem papam laudant Moralea et Mariana, atque hic Rodericum in re landana ad cuius manus jam Petri rogentis cathedralm liber pervenerit. Ego in Roderico Sergii nomen haud invenio. Item cum hic post Benedicti, et qui Benedicto suc-

cessit et sacra Scripturae testimonis, necnon de rationum momentis quo pro Juliano in Actis xv synodi afferuntur, nihil dubito quin omnia in ejus Apologeticis olim existenterint ; sed quam sine fello et aulecis a viri, qualem Julianum describit Felix, modestissimi atque affectissime de se sentientis ore prodidisse, summoque Ecclesie pastori exposita fuisse existimanda sunt ! At qui se, in epistola ad Idalium, insignum Toletanum episcopum, Idalium autem dominum et fratrem sanguinissimum vocat : qui ejus prudentie, si que in Prognosticorum libris alter quam dici cōportuū dicta repererit, corrīgenda, elcidanda, atque exornanda permittit, parciorem cum Benedicto Ecclesiæ universalis præsule Christique in terris vicario fuisse, ac minus liberaliter atque urbane cum eo egisse credendum est ? Longe tamen aliam ejusdem dicendi vim atque energiam fuisse oportuit, dum in generali Hispanorum Patrum cui praeferat concione creditos sibi populo in Fidei dogmate instrueret, et maxime dum impactum sibi ab remulis atque obrectoribus levitatis aut erroris suspicionem et maculam eluseret. Nam et Paulus cum infirmis confirmans, quique vix discipulos ad horam contristari sustinet, non tantum ipsi sibi, sed et Angelo de cœlis anathema interminatur, si quis Iisdom aliter quam ipse evangelizavorit. Atque hunc etiam in robis filiei disputandi morem ab ecclesiæ Patribus Athanasio, Hieronymo, Augustina et aliis perpetuo observatum scimus. Quo nos non tantum pro instituti nostri ratione, sed et pro asserenda atque ad posteros illibate propaganda memoria sanctissimi doctissimique presulsi Toletanæ ecclesie, cui olim cimeliarachæ et canonici sacerdotiis honestati, libenter inservivimus, fusius aliquanto quam per erat persecuti sumos.

(*a*) Allata Roderici a nostro verba haec sunt : Apologeticum fecit (Julianus) et Romani misit. . . cum versibus etiam acclamatoriis secundum quod et olim transmiserat *De laude Romani imperatoris.* Quod Roma digne et pie recipiens cunctis legendum indixit.

Bceaserunt Ioannis V et Cononis obitum, non ante annum 687 exaltatus fuerit : vix admittendum existimo, alii quam Benedicto (*d*) Apologeticum direxerat, quod ait Felix ; aut ab alio quam a Joanne eius successore, qui Novembri mense 686 in pontificatura ascendit, receptum fuisse. Quocum bene convenit quod Julianus ipse inter Patres Toletanos anno 688 concilium xv celebrantes, ante biennium sese scriptum illud ad partes direxisse assert. His sane, inquit, quatuor specialitates capitulorum (tria tantum libri titulus apud Felicem cur expreserit scire aveo) quae ut a nobis solida efficerentur, hortati sunt, quid a quo fuerit doctore prolatum, congesto in uno responsionis nostre libro catholicorum dogmata Patrum, ante hoc biennium parti illi porrexissimus dignoscendum. (*Edit. Locise pag. 671.*)

Unum autem et alterum, antequam ab Apologeticis heujus mentione discedamus, auctorare opus. Primum est Pseudo-Julianum falsa dicere in *compositione chronico* (num. 361), quum ita ait : « Sanctus Julianus mittit Apologeticum cum expositionibus ad papam Sergium, et carmine ad imperatorem Heraclium Justinianum in laudem ipsius. Respondent illi eleganti epistolæ [*Folie epistola*.] » Similia Psando-Luitprandus ad annum 689. Sergius, utijam monimus, anno 687, cathedralis Petri fuit impensis. Julianus vero in synodo Toletana sequenti anno 688 habita professus fuit se ante biennium Romanum direxisse. Non ergo ad Sergium nondum eq̄ tempore pontificem, quod ait Julianus, mittere potuit, nisi ter scripsisse Romam asecramus antistitem Julianum : scmel quidem cum confessione ecclesiæ Hispanæ, seu Constantinopolitani dogmatis approbatione : iterum privata destinatione Benedicto dirigens Apologeticum (*e*) jam dictorum, tandem-

intulit, atque imperator acclamando : *Lauda tua, Deus, in fines terræ lectum sepius notum fecit, etc.* Loisa : « Apologeticum fecit et Romam misit. . . cum versibus etiam acclamatoriis secundum quod et olim transmiserat *De laude Romani imperatoris.* Quod romanus pontifex Benedictus digne et pie recipiens cunctis legendum indixit ; atque acclamando *Lauda tua, Deus in fines terræ lectum sepius notum fecit.* Not. ad conc. Tol. xv, pag. 682. Quæ quanquam prioribus tolerabiliora sint, nævis tamen non carent, ac propterea incidi denuo reddenda ac repurganda sunt. Ad Constantium autem Pogonatum, cuius hortatu Leo II definitionem et prosphoneticum sextæ generalis synodi ad episcopos II spaniæ transmiserat subscribenda, nullum et binis Juliani Apologeticis perlatum fuit, nec quidquam ad eum attinebant ; sed Acta tantum xv Toletanae synodi, in qua Hispani Patres definitioni et prosphoneticæ sextæ generalis synodi unanimi omnium consensione subscrispserunt.

(*b*) Escurialensis codice jam nobis ad manum non sunt : regius laien Matritensis circa annum ut videtur 1300 exaratus sic habet : *Auge imperatori acclamando.* Tractus ejus integer hic est : « Cum versibus etiam acclamatoriis, secundum quod et olim transmiserat, de laude Romani imperatoris : quod Roma digne et pie recipiens cunctis legendum indixit, atque imperatori acclamando : *Lauda tua, etc.* » Pro : *De laude autem Romani imperatoris,* restituī debere existimo : *Ei laude.* Veras item acclamatoriis, ut apud Isidorum Pacensem et Rodericum, subscriptio-nes episcoporum intelligi; quæ singularibus lineis ut versus, seu excepso scribi soletant.

(*c*) Non Julianei opusculi, sive Apologetici, quod nihil, ut paulo ante innuimus, ad Constantinum pertinebat ; sed Actorum xiv Toletanae synodi, in quibus et subscriptiones Hispanorum Patrum sextæ generalis Constantinopolitano definitioni et prosphonetico, quod imperator optaverat, contingebantur.

(*d*) Dictum late de hoc superius col. 452.

(*e*) An privata Julianus destinatione Apologeticum

que tertio eundem concilii nomine et auctoritate presignatum, cum Sergius jam esset pontifex. Quod quidem inservit videtur Isidorus Pacensis.

Piane tamen a vero abit in eo quod Justinianum II cognomento Rhinotmetum, hoc est, naso truncatum, Constantini Pogonati filium, Heraclium Justinianum appellat. Silent enim de hoc agnominis Graeci omnes et Latini : quo tamen alicubi, scilicet apud Lucam Sicutum veterem historicum appellatum suisse Constantium saltem Pogonatum patrem, testimonio potest Baronii cardinalis (*Ad an. 685, n. 3*). Illic est Petrus Sicutus, non Lucas, De vana et stolidâ Manicheorum heresi scriptor : quem cum Latina versione publicavit primus Ingolstadii Matthaeus Raderus (*An. 1604*) ; quemque laudatus cardinalis nunc Lucam, nunc Petrum, annotante Vossio in libro *De Historicis Graecis* (*lib. 4, cap. 19*) vocat. Sed fessiliter summissa virum is, qui ei Graeca Sicali Latine subministravit. Quæ enim Latine apud Baronium sonant, « de singulis e vestigio refert (episcopos Coloniæ Armeniæ) ad imperatorem Justinianum Augustum, qui post Heraclium Constantium imperi scoptra gubernavit ; » Graecæ aliter habent, scilicet οὐαὶ τοῖς βασιλεῦσσι, τῷ μετὰ Ἡράκλειον βασιλεῦσσι. Quæ Raderus vertit : « De singulis e vestigio refert ad Julianum Augustum, qui post Heraclium imperi scoptra gubernavit. » Minime quidem Heraclii nomine Constantium Justiniani Junioris patrem, ac in imperio antecessorem, significare voluit, quod existimavit Baronius, Graecus auctor ; sed cum Justinianos duos, alterum anicatum post Heraclium imperio præfuisse nosset : posteriorem hunc intellexit subindicatione. Nec horum est aut infrequens, cum bono illa Homero, pseudo-historicos dogmata nostros.

Prosequitur idem hypobolimaeus Julianus, missus Julianum Toletanum una cum Apologeticis et ejus expositionibus, carmen ad imperatorem in laudem ipsius. Quinquo et ad Sergium papam carmen aliud. Isidorus Pacensis ansam dedit. « Apologeticum factum Romæ (Romam dicere voluit) per suos legatos, etc. Iterum : cum versu acclamatorio (*a*), secundum quod et olim transmisserat, De laude imperatoris, initit. » Hac super Istituti area (bone Deus !) quam sumptuose adiuvavit Pseudo-Juliani architectus ! Prolixam quidem totius rei narrationem cum duplice carmine, altero ad Justinianum imperatorem, altero ad Sergium papam, tamquam Chronicorum partem, ab Hieronymo Higuera in notis ad Luitprandum (ad an. 688 pag. 369) exhibut legimus. Quæ quidem olim ut coagmentaretur poeta corpori formata, prætermissa est tamen eo immitti ; et in armariis Toletani Promethei tamquam truncus iners relicta ; et quibus tandem a Ramirezo (*b*) educta, insigniam oppido Egline Toletanae indicem atque vestigium chartis impressit. Tota enim illa, quæ uia Juliani Chronicorum portio ab Higuera laudatur, e Chronicis nunc abest. Quare nec præstatibus ei fidem, quæ et auctori ipsi parum digna et inepta etiam Julianis quisquiliis communiscesi, visa est.

Quæ in censura, interim dum nobis de Codice Juliani archiepiscopi carminum aliquo prejudicante auctoritatis non alias constat, duo illa carmina, ad imperatorem et ad Sergium papam, comprehensa velim, tamquam supposititia et recentioris manus (*c*).

de tribus in Christo-substantiis ad Benedictum miseric. incertum es. Concilii xv Toletani Acta nihil habent nisi : « Ad quod illi (Benedicto) jam eodem anno sufficienter congrueque responsum est.

(a) Male apud Sandovalis editionem : *versus acclamatorios*.

(b) Edidit hic Luitprandi opera cum Hieronymi Higuera notis ad Chronicum, Antwerpiae 1611.

(c) Exstant bina haec epigrammata in noviss. san-

A Non enim alia quam e Juliani Pseudo-Chronicis excerpta verba producere voluit notæ auctor Higuera ; quantumvis partem ejus rotundo, ut vocant, partem vero carissimo characiore, quasi non ejusdem auctoris verba essent. typographus per errorem ediderit. Quod enim se e manuscripto libro sanctæ Justæ carmina ista depropnsisse auctor ait : non ad Higueram, qui nulla fuit unquam sanctæ Justæ bibliotheca aut Codice usus ; sed ad eam, qui simulavit se Julianum S. Justæ archipresbyterum, absque dubio referri debet. Sed jam pergamus ad alia opera.

De Remediis blasphemie libellum, cum epistola ad Adrianum abbatem (*d*).

De sextæ statis comprobatione [A. demonstratione] adversus Judeos : qui habet in capite, ait Felix, orationem et epistolam ad Dominum Ervigium regem. Describit et ipse argumentum et partitionem operis : « Est tamen, ait, idem Codex tribus libris distinctus. Nam primus eorum habet Veteris Testimenti quamplurima documenta quibus absque aliqua suppuratione annorum Christus Dei filius, non nasciturus, sed iam natus, patule declaratur. Secundi vero series libri decurrit per ostensam apostolorum doctrinam, qua dilucide monstrat Christum in plenitudine temporis de Maria Virgine natum, non in annis a principio mundi collectis. Tertiū quoque libri excursus sextam statem, in qua Christus natus est, hanc dñe adesse veris documentis ostendit : in quo quinque preterite statis saeculi, noui in annis, sed præfixo generationum limite, distinguuntur. » Huc usque Felix.

Exstat opus inter veterum Patrum opera volumine quarto, quod et olim, ac primum lucem videbat Ilagenos per Joannem Seccerium 1532 in 8^o una cum Testamento xii patriarcharum filiorum Jacobi, per Robertum Lincolniensem episcopum et Graeco in Latinum converso. Suam huic editioni commodavat operam Menardus Moltheras Augustanus, vetusto exemplari usus Laurentii, monasterii Eberbaceensis in Phenigoia abbatis, prefationemque multa cum operis commendatione adjectit. Laudavit quoque olim Isidorus Pacensis in fine sui Chronicorum : « Sic enim, ait, sanctissimus Julianus Toletanus episcopus in librum [libro], quem contra Judeos de sex statibus saeculi scripsit, dicens, etc. » Sequuntur verba ipsius Juliani, ac post integrum ejus testimoniam : « Denique, ait, sanctissimus et valde in hoc opere pretiatus [An pretioso ?] doctissimus Julianus sic in libello inquit, quem supra sati sumus. » At que libro tertio huius demonstrationis continetur, annorum suppurationem, paulo aliter digestam et emendatiorem ea quæ apparuit in editionibus Bibliothecæ sanctorum Patrum Parisicæ et Colonensiæ, inventam a se in ms. exemplari, annotatum vultus Philippus Labbeus in Nova bibliotheca ms. librorum, sive specimine antiquarum lectionum (*Pag. 2 edit. Paris. 1655*). Possevinum consule in Apparatu (*Tom. I, pag. 986*), Barthium lib. xix, Adversariorum cap. 14, ubi et multis aliis operis vasti ac doctissimi locis quadam ejus sanat, explicat, illustrative testimonia. Absolutum sane hoc a se opus fuisse anno Domini 686, sub Conone pontifice Romano, jussuque Ervigii regis, testatur ipse auctor in epistola præliminari ad Ervigium, et in fine libri tertii.

Librum carminum diversorum, in quo sunt hymni, epitaphia, atque de diversis causis epigrammata

ctorum Patrum Toletanorum collectione T. II., pag. 387 seq. inter supposita Juliano. Quinam autem acclamatori in synodis versus fuerint supra col. 458. dixibus.

(d) Omnino hunc Juliani libellum periisse monet novissime sanctorum Patrum Toletanorum collectionis curator T. II., in not. ad Felicis de Juliano elogium pag. xx, et Cellierius T. XVII, pag. 738, n. 11.

numerosa. Ita Felix. Andreas noster Resendius ad Bartholomeum Quevedum scribens (a) ait se in Germania vidisse carminum Juliani libellum, sed apud hominem, qui neque unius dici usura praestare voluerit. Venetus in bibliotheca sancti Antiochii, que fuit cardinalis Grimani, opusculum quoddam Juliani Toletani ecclesie episcopi extare docet Thomassinus (b): cui annexitur, ait, opusculum carminiibus exaratum antiquissimo charactere. Quae verba an luc portineant, lectoris judicium esto. De carminiibus ad Sergium papam et ad Justinianum Juniorum Cesarem directis, interim abstinentias, dum non ostendatur nobis unde ad posteros ea pervenire, censuram alicere.

Librum Epistolarum plurimarum, ut ait Felix.

Librum Sermonum in quo (idem ait) est opusculum modicum de vindicatione domus D i, et eorum qui ad eam consurgunt (c). De eodem argumento est liber Responsionum, de quo infra.

Aντικείμενων librum, de quo Felix: It m librum, ait, De contrariis, quod Graecē ἀντικείμενον voluit titulo adnotari; qui in duobus divisus est libris, ex quibus primus dissertationes continet Veteris Testamenti, secundus Novi. S. Isidorus lib. Origineum II, cap. 31. Contrariorumque genera quatuor sunt, quae Aristoteles anticingunt, id est opposita, vocat. Sive τὰ μὲν apud Graecos II sunt loci, sive sacra Scriptura, sive aliorum auctorum qui explicandi propounduntur, quos vulgo dicimus Textus. Sanctus Joannes Chrysostomus homilia 39, in Genesim: Εὐτέρε, ἄγνοοι, πῶς οὐδὲ ἄρχοντας τῷ πατέρᾳ τῷ θεῷ γράψαι κατανοῦσιν; hoc est, videntis, dilectissimi, quomo^o o nihil est otioso in divina Scriptura positum. Ex quo praecepit testimonio hunc vocabuli usum aliud agens confirmavit vir doctissimus ac diligentissimus Petrus Lambiceius Caesaricus Leopoldi I imperatoris chronographus et bibliothecarius, Commentar. de biblioteca Cesarea lib. vi, pag. 71: *Aντικείμενων* igitur contraposita, sive opposita utriusque Testamenti sunt, quae explanantur, testimonia.

Editum fuit jam olim abeque auctoris nomine Jeannis Alexandri Brasicani jurisconsulti opera Basilei 1530. Deinde ex officina Coloniensi Cervicorni in 8°, anno 1532, ex codice, n. saltori, Fuldensi longe antiquissimo, Parisiis quoque cum Julianio Africano in Genesim prodiit. Sed Andreas Schotus Juliano Toletano restituit, ut insereretur cum ejus nomine magna Veterum Patrum bibliotheca Coloniensi, in cuius xv volumine nunc legitur. Felicis quippe fidem sicutus, habuit et alium rei sponsorem, Samsonem abbatem in libro adhuc inedito, sed a Garsia Loaisa in bibliotheca Toletana ecclesiae reperto, adversus Hostigesimum Malacitanum episcopum, qui sub anno 864 scriptus fuit.

Xystus tamen Scensis (d) hoc *Aντικείμενων* opus,

(a) Exstat epistola bene docta tom. II Hisp. illustrata.

(b) Bibliotheca Veneta pag. 9.

(c) Terna haec quoque Carminum, Epistolarum et Sermonum opuscula, inter desperita Juliani recenset sanctorum Patrum Toletanorum collectionis curator T. II, in not. ad Felic. elog. p. xx, not. 13, atque item Cellierius XVII, p. 738. n. 11.

(d) Libro IV Bibliotheca.

(e) In Supplemento lib. XII, ad an. 1149.

(f) Anthropologia, lib. XX, sub. tit. Benedictus, quusque ordo multiplex.

(g) Lib. IV Adv. heresies.

(h) Prater scriptores a nostro laudatos, Cellierius T. XVII, pag. 738, n. 10. Du-Pinius T. V, pag. 128 seq. et fortassis alii librum *Aντικείμενων* Berthario abbati Casinensis adscribunt. Novissime sanctorum Patrum Toletanorum collectionis curator T. II, p. 141, id opus ex Felice et Samsone Cordubensi adversus Caveum et Fabricium Juliano asserit et vindicat. In codice autem Escurialensi aera 1085, sive anno 1017,

quod incipit: *Car in Genesi septem*, Richardo tribuit Cluniacensi monacho, qui floruit XI seculo sub Adriano IV papa, et imperatore Frederico I, eai tamen unicuius, quod extaret, historicum opus I nillippus Bergomas (e), et Raphael Vokaterranus (f) tribuere. Alphonsus Castrensis (g) Salviano Massiliensem eadem adscribit *Aντικείμενων*. Necnon et similiter inscriptum opus edidisse olim Bertharium Casinensem abbatem, testes sunt Leo Ostiensis lib. I, cap. 53, Chronicus Casinensis, et Petrus Diaconus De viris illustribus Casinensis cap. 12, quod Berthario huic adscriptum possedit olim D. Constantinus Cajetanus, tosita est Leo Allatius in Apibus Urbanis; et vel nunc extare in Casinensi bibliotheca, D. Angelus de Nica Rosaneus archiepiscopus amicus noster vir optimus et eruditissimus, in notis ad Leonis Chronicum (Cap. 33) monitura voluit. Fortasse tamen hic diversus liber est a superiori, quantumvis similiter inscriptus. Ut et sit, procul dubio esse debet, *Aντικείμενων* opus Julianum Toletanum scriptissimum (h).

Librum item historie, prosequitur Felix, de eo quod Wamba principis tempore in Gallia existita gestum. Inseruit historiae sue hanc historiam Lucas Tudensis; ediditque cum nota diversi auctoris Franciscus Schotus in quarto volumine Hispanie illustrata; seorsumque, et Duchesniana postea inter Scriptores historiae Francorum tomo I (pag. 821), in multis autem diverse. Incipit: Solet virtutem esse animalium incitamentum, etc. Vestigiaque extant, vel in principio ipso, aequalis eorum temporum gestorumque scriptoris. Hac de re, inquit, ut timidis et pigris mederi possit, relationem præterite rei nostris temporibus gestam inducimus per quam ad virtutem subsequentia scula provocemus. Affuit in diebus nostris Wamba, etc. Quam quidem Juliani historiam in Wambanie in Toletanam urbem ingressu triumphali, et illis verbis « aeternis proscriptionibus recognoscet », tam priore Schoti, quam posteriori Duchesniana editione concludi, non recte, iudicio men. existimabimus. Julianum enim prorsus est, quod ad finem hunc in utraque editione prescriptum sequitur; deinceps in Duchesniana, existat vero in Schoti alia, sed tangunt Luce Tudensis tam scriptura sit; incipitque: Persidorum denotata transgressio, etc. Quod euicunque, vel minus attente legenti, statim liquido appare. His quidem nunc primum a nobis Juliano restitutis, Lucas prædictus sermonis sui tenorem ibi tandem attexit: Et quia præpediente malignitatis auctore, etc. Et historiam hanc publici eo tempore quo diuersus iuri factam esse non animadvertis, cum De historiis Latinis scriberet Vossius: dum ignorare an lucem viderit, attamen prope dieca visuram sperare se ait (Lib. II, De H. L. cap. 27).

Hic et Pseudo-Luitprando argutari in menteum ve-

nit in eodem legitur exarato, Diagramm. et Plut. I, n. 3, exstat Tuscredi cuiusdam ad Ascaricum incertis sedis episcopum epistola hactenus, ut putamus, interdita et a nobis suo loco evulganda, in qua interroganti de nonnullis circa resurrectionem Christi dubitis Ascarico respondet, inquiens: « Illi vero qui contradicunt (nimis) qui affirmant surrexisse quidem cum Christo resurgentem multorum corpora, neque tamen cum eo ad celos ascindisse, sed in terris permansisse iterum moritura) dicentes: Nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo Filius hominis: legant librum beati Juliani, non Pomerii sed Tole- ni, qui vocatur Anticimena: qui patratus est de his rebus que contraria in Scriptoris resonant, sed non contraria ab his qui vigili sensu Scripturam remandati inquirunt.... Si anticimena abest, currant ad Agustinum in libro Omeliarum cata Joannem, etc., ad cap. nimis, sive interrogatu 23, Lit. ri II. *Aντικείμενων* ex Novo Testamento et sancti Iuanus Evangelio asceticum manuducens quo loco de hoc argumento agitur.

ait; sed quam frigide et incogitanter (*a*)! « Sanetus Julianus scripsit Vitam sancti Hildefonsi. Felix praeterea scripsit Vitam sancti Juliani Toletani episcopi. Idemque adjectit Chronicum, quod sic incipit: In nomine Domini incipit Chronicum, quod sanctus Julianus composuit. Illud: Natus est autem Witiza; alii tribuanit Gunderico. Nihil de additione certe hactenus reperitur. Falsus est et stupiditate sua se prodiit Planus. Julianus non scripsit Chronicum, sed de uno regis Wambanis bello Gallico historiam. At in quo historia et Chronicum differant, germanus Luitprandus ignorare non potuit, quod pueri sciunt.

Hic non tamen moratur in hujus loci notis pater Higuera. Ait enim: « Chronicum quod nomine Wulse circumfertur, etiam est Juliani; nisi quod illud de Witiza additum est a Gunderico, quamquam hoc ultimam tamquam incertam relinquunt. » Scripsit igitur, si sicut huic habemus, Chronicum Julianus noster. Ita videtur is censuisse de Wulse Chronicum, et hanc suam sententiam ut proferret, imposuisse huic suo Luitprando, necnon gemello eius Juliano ad annum 692, num. 559, de quo nos alibi. Verba etenim illa, que Felicis esse aut Gunterici annotat, in Juliani hac qua loquimur historia, non leguntur. Forte autem in illa sentit que Wulse adscribitur, neque hactenus prelo subjecta fuit; sed tam propter hoc fuisse nomen illius, qui per breve Gothiscum usque ad Hispanie excidium sub quo vixisse creditur historiam scriptam reliquit, et absque ultra causa Juliano attribui, loco suo, ubi de Wulse nobis agendum erit, confirmabimus. Profecto hanc Juliani historia, veluti continuatio Isidoriane de Gothorum regibus historiarum, atque Hildefonsi appendicis, habita fuisse videatur; ita et cura Isidoriana confusa, Chronicus etenim Exiliensis auctor anonymous Isidoro tribuit, et Gothorum ab eo scriptae historiae Wambanis adversus rebellium Paulum gesta, uti jam diximus in Isidoro (*b*).

Librum Sententiarium ex decade psalmorum beati Augustini breviter summarimque collectum. Haec Felix obscura sententia. Nisi decadem tantum primam psalmorum innuere voluerit (*c*).

Excerpta de libris sancti Augustini contra Julianum haeticum collecta. Hi sunt elaboratissimi illi Augustini, vel ipsius judicio (*Lib. II. Retract. cap. 62*), contra Julianum Eclanensem episcopum libri sex, de quibus post alios Henricus de Noris Augustinianus noster agit lib. I. Historia pelagianæ, cap. 21.

De divinis iudiciis libellum ex sacris voluminibus collectum, in cuius præincipio, inquit Felix, est epistola ad dominum Ervigiūm comitatus sui tempore (hoc est cum sub Wambane comes alius et privatus esset, ut constat ex fine, quem assignavimus historiæ Juliani de Wambane rege in Luca Tudensi Chronicum) pro eodem libello directa. Ille postea Ervigiūs adversis regem conspirans, exauktoravit eum, et monasterio inclusit judiciorum divinorum securus; Casilone autem filia ei haereditate in uxore data Egice Wambanis consobrino, justaque regnandi for-

(a) In Chronic. ad an. 960, num. 561.

(b) Germanam Juliani de Wambane historiam hoc titulo: Liber de historia Gallicæ, quæ temporibus diversæ memorie principis Wambæ a domino Juliano Toletano sedis episcopo edita est et vetustis Toletanae ecclesiæ Codicibus, cum eadem a Luca Tudensi interpolata, collatam; necnon Judicium in tyrannorum persidiū promulgatum, cum opusculo inscripto: Insultatio vitis Storici in tyrannidem Gallie hactenus inedito, exhibet novissima sanctorum Patrum Tolestanorum editio T. II, a pag. 550.

(c) Sanctus Augustinus peculiare psalterium, seu per breve opusculum e variis psalmorum versibus concrepatum pro Monice matris usu et spirituali consolatione coponuisse dicuntur: quod tamen ad suppeditationem aut saltem ad dubia sancti doctoris scripta novissimi corundem editores Beccelicini rejiciunt.

A ma pī quidem atque modesti principis appellationem obtinuit.

Librum Responsionum contra eos qui confugientes ad ecclesiam persequuntur. Oportet diversum opus hoc esse ab eo, quod appellavit Felix De vindicatione domus Dei, et eorum qui ad eam confugiunt, de quo supra, ejusdem tamē argumenti. Quæ quidem duo scripta pro saeculari ædium immunitate occasionem fersan dedere concilii Toletani xii Patribus quos inter fuit Julianus noster, de hac re, canone nempe decimo, cavendi; cuia scilicet Reccesvinti regis quadam lege (qua nunc dicitur sexta est quinti tituli sexti libri Legis ut liber audit Wisigothorum), minus ad religiosam templorum attente aut pie sanctum non ita pridem fuisset.

B Librum Missarum de toto circulo anni in quatuor partes divisum, in quibus aliquas vetustatis incuria vitiatas ac semiplenes emendavit atque complevit, aliquas vero ex toto compausit. Hec Felix. Pars igitur fuit Julianus integræ corporis Isidoriani (quo nomen vulgo assumpsit) libri Missalis, quo Mixtarabes usi postea sunt de quo egimus in Isidori et Hildefonsi monumentis.

Librum item, Felix tandem ait, Orationum de festivitatibus, quas Toletana Ecclesia per totum circulum anni est solita celebrire, partim stylo sui ingenii de promptuari, partim etiam inolita antiquitate vitiatum, studiose correctum, in unum congesit, atque Ecclesia Dei usibus ob amorem reliquit sanctæ religionis (*d*). Hunc librum, et vasto quidem voltiniane, in Toletana Ecclesiæ bibliotheca servari docuit me olim Hieronymus Romanus de la Higuera, historiam ejus adhuc ineditam Toletanae urbis et regni in schedis legentem. In eo autem, qui penes nos est, accuratissime transcriptio ejusdem bibliothecæ catalogo, nihil quod a hunc Orationum librum respicere videatur, ostendimus.

C Adjicienda sunt ad Felicis hanc librorum Juliani narrationem, que alias de his legitur. Illeius memoremque esse pro certo habetur.

Appendix ad librum sive ad litionem sancti Hildefonsi De viris illustribus: sive potius unicum ejusdem sancti viri elogium. Quod tamē cardinalis Barroetus Juliano alteri, hoc est Toletana Ecclesia, non quidem episcopo, verum diacono, attribuit (*Tan. VIII, ad an. 657, n. 43*); existareque ait loco presentationis in volumine sancti Hildefonsi operum, que in lacem protulit Franciscus Favardentius. Manuscripti libri, vel Julianus diacono, vel Julianus episcopo adscribunt. Nec diversi sunt inter se. Julianus enim quum Hildefonsus ad superos abiit, diaconus adhuc fuisse refertur, unde potuit elogio inscribere Julianum diaconum. Patet id quo assumimus ex Felice: « Post decessoris sui obitum divina memoria Hildefonsi a decimo septimo ferme anno Reccesvinti principis; necnon et per omne Wambanis imperii tempus, usque ad tertium regni gloriosissimi Egicanis regis annum, in leviticis, presbyterii, ac pontificatus honore consistens celebre nomen obtinuit. » Sunt

D Fortassis hic respexerit Felix in recensione Juliani operum. Cellierius T. XVII, p. 738, n. 11, ac Du-Pinii T. V, p. 124. Opusculum inscribunt: Collectum Sententiarium et commentariis Augustini super psalmos. Inter desperita Juliani scripta; sicut et terna que sequuntur, nempe I. Excerpta de libris sancti Augustini contra Julianum, etc., II. De Divinis iudiciis, etc., III. Liber responsionum contra eos qui confugientes ad ecclesiam persequuntur.

(d) Missarum libri de toto anni circulo, atque alterius: Orationum de Festivitatibus, etc., quarum utriusque Felix meminit, si que in Missali Mixtaribico aut alibi existant, vix internosci potest Julianum, an Isidorum aut alium auctorem habebut. Fragmenta sive eorum gustum vulgavit cl. sanctorum Patrum Tolestanorum editio ionis curator T. II, a pag. 326.

et Codices, qui Felici deo hæc elegia, et Hildefonsi A et Juliani, attribuunt (*a*). Ediderunt hanc appendicem Lipomanus et Surius die xxiii Junii. Quæ et extat in Catalogo scriptorum ecclesiasticorum, qui editus fuit in sancti Isidori operum Matriensi editione, unde Mireus ad suam transtulisse videtur (*b*).

Heunicus Canisius ex Codice bibliothecæ Bavariae ms. publicavit tomo I bibliothecæ sanctorum Patrum Bigneti, Juliano nostro adjudicans, Commentarium in Nahum prophetam; attamen matilum, aut vix coepit: quatuor enim tantum expositionem prophetæ versum laudatus Codex continebat. Sed de Juliano hæc satij (*c*).

Idius ad nos pertinere videtur, si vera sunt quæ de eo Hieronymus Paulus, vir doctissimus ducentis ab his fere annis, et Franciscus Tarafa, Hieronymi Puiades testimonio (*d*) scriptum reliquere; plura nempe ipsum elpenbrasæ opera, e quibus paucæ extant.

Habemus certe unam et alteram epistolam, quarum prior ad Julianum directa est, cujus supra mentionem fecimus in Spicilegio d'Acheriano (*Tom. I.*, pag. 313), conservata ex ms. libro Corbeiensis monasterii (*e*). Posterior hanc sequitur in eodem Spicilegio ad Sunifredum Narbonensis primæ sedis episcopum, mittens ad eum Juliani Toletani primæ sedis episcopi, hoc est metropolitani, Prognosticon futuri auctuli. (*f*) In qua epistola notandum est parvum, nunc suisce urbem, que nunc aetate increvit, Barcinonem; si quidem ait, cum devotus esset in hac civitatu, cui indignus præsideo. Hunc Narbonensem antistitem Sunifredum vocat Rodericus Toletanus lib. III Histor. Hisp. cap. 42 et 13, ex eoque Galliae Christianæ auctores. Concilio quidem is interfuit Toletano decimoquinto primus post metropolitanos: quod

(*a*) Notas consule Jo. Bap. Perezii ad hoc Hildefonsi elegium in edit. Matri. Oper. sancti Isidori tom. I, pag. 137.

(*b*) Exstat in Escurialensi seculi x Codice Lit. A, Plut. II, n. 9. atque in recentiore alio Digramm. et Plut. IV, n. 23.

(*c*) Recensus est hic in prophetam Nahum Commentarius T. II, pag. 268, novissimæ sanctorum Patrum Toletanorum collectionis sub Juliani nomine: quem ut ipsi adscribat atque asserset cl. ejus editio- nis curator nullum non movet lapidem adversus Natalem Alexandrum et alios. Videndum. — De Wisigothorum Chronicis quod Wulse nomine circumser- tur, necnon de quatuor Hildefonsi et Quirici Toleta-

norum presulum, et Gadike ac Wambos regis epita- phii, quæ Pseudo-Chronicorum Juliani et Luitprandi lugubris Juliani adscribit, agit idem cl. editor T. II, pag. 385, eaque omnia ut spuria et Juliani supposita rejicit.

(*d*) Lib. VI. De la corona de Catalunya, c. 132.

(*e*) Exstat in noviss. sanctorum Palrum Toletano- rum collectione T. II, pag. 6.

(*f*) Edidit hanc quoque epistolam cl. Matthæus Aymericus in Catalogo Barcinonensis presulum Barcinone 1760, pag. 461, qui et plura de Idalius, pag. 262, seq.

(*g*) Habetur in Escurialensi seculi XIV Cedice Digramm. et Plut. IV, num. 23.

S. JULIANI TOLETANI EPISCOPI VITA SEU ELOGIUM, AUCTORE FELICE TOLETANO ETIAM EPISCOPO. MONITUM.

Quod nos facturos promisimus, et vero fecimus in sancti Hildefonsi Vita, ut PP. Toletanorum gesta vi- trisque historiam non proprio stylo persequerentur, sed nonnunquam vetustiora aliorum de illis testimonia produceremus, que firmiorem facerent fidem, id ipsum in presentiarum efficitus, sancti Juliani Toletani Vitam ex Felice archiepiscopo item Toletano transcriptentes, qui elegium ejus adjecit ad sancti Hildefonsi librum de Viris illustribus, jam serpens laudatum. Neque enim erat eur nostram hujus narrationis præferreverus, quæ exterâ omnia testimonia et antiquitate et auctoritate longe superat. Habet enim antiquitatis, quantum desiderari potest, cum a Felice conscriptum sit, Juliani coetaneo, omniumque fere que narrat oculato teste, atque calente adhuc memoria hæc de Juliano scribenti. Auctoritatis vero habet non minus, cum ab eo viro testimoniū prolificetur qui Juliano ipsi post Sibertum in episcopatu successit Ecclasiæque Tole-